



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ab aliquo, & alteri faciendæ. Cap. Sextum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Ecclesiasticus, promittentem de facto alieno condemnat.

I. Quando quis promittit aliquid, quod à suo hærede faciendum sit.

II. Quando quis promittit aliquid in Judicio, ut quod alius ad Judicium se fieri.

III. Quando promittit quis, rem pupilli incolorem ab alio esse levandam.

IV. Quando promittit quis, aliquid præstandum a suo servo, vel filio, quos cogere potest.

V. Quando promittit quis Matrimonium alienum.

VI. Quando quis factum alienum promittens, promissionem juramento confirmat.

VII. Quando quis alienum factum ita promittit, ut adjiciat pœnam aliquam se subiurum, &c. v. gr. centum aureos solitum, si ilud non fieri.

Erquidem in primis tribus casibus ex dictis Index Civilis condemnabit sic promittentes ad interesse Promissario forte secuto. In aliis tribus saltem ad procurandum, ut factum fiat. In septimo ad solvendam ipsam pœnam. Hæc exactius tractata vide apud Sanchez, et aliosque.

marim. 16 Sed quid, si in hoc septimo eventu Riomittens diligenter curavit, ut ille alter Molin. d. promissum servaret; adhuc ne obligabitur ad 168. prædictam pœnam?

Delugo d. Respondeo, probabilius esse, non obligari, idque in utroque foro, quia, qui promittit sub ann. 115. aliqua pœna, implicite intelligit, si culpam eam pœna dignam committat. Neque enim promittitur solvi pœna, nisi juxta ejus naturam, quæ semper culpam debet supponere. Ita Sanchez, et alii multis.

Promissio de re aliena.

17. Inquires Quartus. Quandoquidem dirimus de promissione alieni facti, quid sensendum de promissione alienæ rei? Si v. gr. promitto tibi librum, qui non est meus, ad quid teneor, cum reservere librum non esse meum?

Respondeo, esse distinguendum. Si promisi libraliter hunc numero librum alienum, hunc numero equum, &c. te ad nihil condemnabo, cum reserveris tuum non

esse, quia in Donationibus liberalibus nemo presumitur, se obligare ad alterum tantum, quod Juristi dicunt ad evictionem. At, si eadem liberalitate promisisti librum in genere, equum in genere, &c. certè obligaberis sub ea culpa, quam dicemus infra, afferri à promissione liberali, quia eo modo promittendi, rem, quam habere poteras, atque adeò de tuis bonis promisisti. Ita Molina. c

c Molina. d.
18. Quid si promitto librum, quem scio, non esse meum?

Respondeo. Nimirum est manifestum, nullam esse promissionem tuam, quia de aliena re disponere non vales. Te tamen non effugere notam Deceptoris, atque, si sic sis causa alicujus damni, te illud resarcire necessario debere, nimis etiam manifestum est.

C A P U T VI.

De illo Verbo.

Ab aliquo (& illo) Alteri.

1. **H**æc verba exposcerent, ut hic enumerarentur i, quibus promitti, & ii, qui promittere possunt, qui sanè sunt iidem, qui possunt donare, iidemque, quibus donari potest. Verum de his satis à nobis actum est in aliis locis, quæ notabo cum de Donatione capite ultimo.

2. Difficultas autem illa, quam nonnulli hic tangunt, An quid promitti possit Hereticis, Excommunicatis, Infidelibus non b- d Turrian. ptizatis, videatur apud Turrian. d & Delu- d. 47. dub. go. e.

3. Rursus, an Promissio facta Hæreticis: c Delugo ut profitens suam sectam habitet inter Fide- dif. 2. 3. de les, valida sit, & an licita videatur apud eun- Iust. n. 127 dem Delugo; id, quod univerſalius agitat f Verric. de Verricelli sub ea quæſtione, an posit pro- Mission. mitti Religionis libertas?

Tit. 14.
Miscell.

194.

C A P U T VII.

De illis verbis.

1. Promissionem liberalē esse datam alteri, significat, ut initio innui, promittentem, fidem dare Promissario, ut ipse Pro- Ooo ooo missa-